

CAP V T XIII.

An ratione styli possint Regij India-
rum Consiliarij in rescriptis ad Eccle-
siasticos transmissis conscientia gra-
uamen incurre.

*Stylus com-
minatorius
ex stylo no-
to.
D. Solorz.*

Dominus Solorzanus lib. 4. cap. 12. n.
78. & 79. & in Politicā lib. 5. cap.
16. pag. 908. §. Loquales, nouum
stylum circa hoc centurā dignum existimat; sic
enim sribit: *Quod notare etiam eportebit pro censu-
ra cuiusdam prauī stylī, qui his temporib⁹ in dictis
schedulis frequenter, quatenus Princeps ad eam
seruationem multis pñnis infurget, & multis verbis
hortatur, & aliquando indignationem minatur, &c.*
Cū ergo rescripta talia per Consilium expedi-
antur, ad illius Patres talis videtur censura pertinere. Et dubitari potest an in hoc eorum possint
conscientia grauari. Circa quod

Assertio 1.
aliquid in
eo esse pec-
catum.

Dico primō. Nisi bona fides excusat, aliquid in huiusmodi stylo peccatum admisetur. Sie videtur sentire Dom. Solorzonus, cū prauum dicat. Et probatur. Quia Ecclesiastici alterius fori, & quidem diuinioris sunt: ergo debet cum illis reuerenter agi, nec poenarum comminatione compelli; & quidem cū poenæ non non sint pro libito, sed præcedente causa cognitione imponendæ, qui poenæ minantur, eo ipso se iudices videntur profiteri. Hoc autem quantum immunitati sacrorum hominum aduersetur, satis est perspectum. Quod si non animo vere infligendi, sed ad terrorem tantum proferuntur, hoc etiam contra reuerentiam est debitum; quod scilicet terroribus cum eis agatur, quibus omnis urbanus agendi modus, ut potè in altiori gradu constitutus, debeat. Comminatio autem Regia indignationis est formidabilis, vt Rex omnium sapientissimus attestatur Proverb. 16. v. 14. dum ait: *Indignatio regis, mortis mortis.*

Assertio 2.
videtur mor-
ale, ob re-
uerentiam in
illis debitus ei-
dem Re-
gibus.

Dico secundō. Præfatus stylus graue videtur esse peccatum. Hoc probant nuper adducta. Et præterea arguo ex eo quod graue ex illo scandalum oriatur, dum vident populares sic Ecclesiasticas træctari personas: minuitur enim in illis debitus eisdem respectus, & de immunitate earum abiecte sentiunt: quod constat damnum

esse grauissimum: cū debeant præ aliis Christiani Principes honorem Ecclesiastici ordinis illibatum accurrare. Pro quo ira scribit Diuus Marcellus Pontifex in Epist. 2. ad Maxentium. Boni D. Marcel.
Principis est ac Religijs ecclesias contritas atque concus-
tas restaurare, nouasque adificare, & Dei Sacerdotes honorare ac tueri. Sic ille, & habetur in Cap. Boni,
96. dicit. In quā etiam Cap. In Scripturis, Nicolaus

hus.

Pontifex Magni Constantini exemplum adducit, quem dixisse sribitur: *Verè si proprijs oculis vi-
dissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Mon-
achali habitu circumstanti sunt, peccantem, chlamydem
meam expoliarem, & cooperire eum, ne ab aliquo vi-
deretur. Post exemplum autem dictum sic allo-
quitur Ludouicum Imperatorem: Sed hoc qui-
dem diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Da-
mini Sacerdotibus (qui tunc Patres animarum dicun-
tur) aliquid conixerit vos audire, quod confusione pñs-
mentibus ingerat: non insunitum, sed pudoratos filios
Noë imitantes, paternam de reliquo verecundiam con-
tagiatis; vt afflenti (quemadmodum illi) bene-
ditione repleri, moderante Domino, mereamini. Sic ille.*

Assertio 3.
Regis co-
minationes
aliquando
licere.

Dico tertio. Aliquando sine peccato alillo poterunt Regiæ comminationes intendi: quando scilicet res ipsæ id exigere, ob grauia, quæ imminere possunt, damnæ videantur. Et potest congruus talibus rescriptis sensus adhiberi; infligendas scilicet poenas, eo modo, quo infligi à laicis porestate possunt, exequendo scili-
cket, quas Pontifex, aut inferiores Prælati, infli-
gendas iudicarint; aut eo modo qui, juxta dicta Capite præcedenti, sine eorum interuentione potest probabiliter usurpari. Ex quo habetur non esse jam stylum, quem prauum dicimus: stylus enim dicit vñstirum scribendi modum, qui cum consuetudine ferè coincidit: in uno autem aut alio casu non dicitur esse stylus; & ita non potest penitus condemnari: estque in hoc interpre-
tatione dictæ locus; quæ tamen non potest stylō conuenienter adhiberi.

Et hæc pro Regio Indianum Consilio deli-
basse sufficiat, plura forsitan quam opus fuerit; si enim intelligenti plura, vt communis pro-
uerobio fertur, sublimi adeò intelligentiæ præditis, qualis in eis semper effloruit, qui ad illud ex flore sapientium eliguntur, paucissima sufficient, quæ & ipsi poterunt maioris luminis ornamento con-
uestire. Iam ergo ad alia.

*Cassiodo-
ruti.*

TITVLVS

*Quæ in
Indico spe-
cialis obli-
gatio ob-
conuersio-
nem, de
qua agi-
tur.*

*Joseph idem
quod Osiris
Ægyptius
multi oculi.
P. Cornel.*

TITVLVS

*Sacramen-
torum v.
prælucet &
neque an-
nuo juri-
facere ob-
scandalum.*

TITVLVS III.

DE PROREGIBVS INDIARVM EORVMQVE

Obligationibus ad negotium animæ pertinentibus.

*Post Regem, Regiumque Consilium, Proregum videtur dignitas
& auctoritas eminere: unde circa illos præsenti hoc Titulo,
qua commoda esse possunt expediemus. Sit ergo pro illis,*

CAP V T I.

Qualiter Proreges Indici ad ex-
emplum vitæ teneantur.



I. Vx circa Gubernatores
Indiarum à Rege desti-
nandos dicta à nobis Ti-
tulo 1. Cap. 9. ad Prore-
ges maximè constat per-
tinere; quibus suppositis
præsens questio parùm
erit necessaria: cū enim viri probatis exi-
miae sint ad manus tantum deligendi, quid opus
est circa vitæ exemplum inquirere vbi illud non
potest in sic delectis defecisse. *Indiæ nostræ cul-
men excelsum est, cū qui à nobis prouehitur, præcipuis,
& plenus meritis estimatur. Nam si aquabilis credidus
est, quem iustus elegerit, si temperantia præditus, quem
moderatus ascivit: omnium profecto capax potest esse
meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere vir-
tutum.* Sic Theodoricus apud Cassiodorum Lib. 3. 11. Vnde illud apud eundem: *Quidquid feceris, nos
videmus Lib. 7. 18.* Sciat Prorex Indicus & turba posse congruere quidquid ille egerit peruidenti. Et ita ille, qui sic est visurus alios, vt quid-
quid egerint videat, se ipsum circumspiciat prius, & ea, quæ est acturus: ne quidquam, quod car-
pere possit, turbæ oculis deprehendat. Et Indi-
corum populorum oculi magis sunt alii curio-
si, vt maiorem proprietatem debeat curam cir-
cumspiciendi fe iþlos in supremis gubernatoribus
prouocare: præpostera Dei imitatione, qui vo-
cat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt. Rom. 4. v. 17. quæ neque in mentem venire Proregum, neque etiam somniarunt, tamquam si el-
fent, vocant, & censuris adiectis reprehendunt. Sint ergo & illi multi-oculi, sic enim oculos ocu-
lum feliciter superabit.

2 Oporter equidem Proregem Indicum vi-
tæ exemplo prælucere: *Moribus enim debet esse
conficius, qui datur imitandus.* Idem qui supra a-
pud eundem Lib. 4. 3. De conuersione Indorum
agit, & promotione fidei, ac de primitiâ qua-
dam Ecclesiâ prioris imitatione fundanda. *Quo
in negotio Prorex præcipius est motor, & pro-
motor vnde omni debet florere virtute, vt ex eo
fonte in alias Christianæ professionis dignissimæ
deriuētur. Joseph in Ægypto Prorex constitutus
à Pharaone, omnium se virtutum exemplar exhibuit
veri Dei inter Ægyptios Religionem, quam
profitebatur ipse, promoturus. Et Iosephus
eundem esse, qui Osiris, pro Deo Ægyptis
habitus, censem multo. Quod nomen exponens*

*Plutarclus Lib. 1. de Iside, & Osiri ait idem esse
ac Multi-oculus. Quod P. Cornelius in Genesis
Cap. 41. circa finem ira adaptat *An non multi-ocu-
lus, id est, multioculis Joseph per sapientiam sibi cœli-
tus inditam, quæ Ægyptios prudenter gubernavit.*
eosque docuit non tantum Astrologiam, sed & fidem
et Dei cultum, iuxta illud Psal. 104. v. 19. & 20.*

*Constituit eum dominum domū suæ, & principem Psal. 104.
omnis possessionis suæ. Vi eruditæ principes eius sunt v. 19. &
semetipsum, & senes eius prudentiam docebat? Sic 20.
ille. Verba autem illa, *Sicut semetipsum, aliter
iuxta Hebræam originem nonnullis sonant sic
legentibus, Secundum animam suam. Quod Car-**

Card. Bellarmino.

inalminus.
*Multi oco-
los esse ope-
ret Indicos
Proreges,
quia &
multi oculi.
qui eos
obseruant.*
*Cassiodo-
russ.*

*Et verò ad circumspiciendos Proregis
mores, omnes sunt multi-octili, vt ipsi benè opus
sit multi-oculū se præbere. Argum quendam
centenis luminibus insuentem. Non patitur clা-
ritas illa committere, quod posset mobilis turba nescire.
Locatus in medium, cunctorum ad se trahit aspectum:
& torus vitæ iudicium promulgat fama populorum.
Sic Theodoricus apud Cassiodorum Lib. 3. 11. Vnde illud apud eundem: *Quidquid feceris, nos
videmus Lib. 7. 18.* Sciat Prorex Indicus & turba posse congruere quidquid ille egerit peruidenti. Et ita ille, qui sic est visurus alios, vt quid-
quid egerint videat, se ipsum circumspiciat prius, & ea, quæ est acturus: ne quidquam, quod car-
pere possit, turbæ oculis deprehendat. Et Indi-
corum populorum oculi magis sunt alii curio-
si, vt maiorem proprietatem debeat curam cir-
cumspiciendi fe iþlos in supremis gubernatoribus
prouocare: præpostera Dei imitatione, qui vo-
cat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt. Rom. 4. v. 17. quæ neque in mentem venire Proregum, neque etiam somniarunt, tamquam si el-
fent, vocant, & censuris adiectis reprehendunt. Sint ergo & illi multi-oculi, sic enim oculos ocu-
lum feliciter superabit.*

4 Poenitentia, & Eucharistia Sacra-
menta sint illis frequentia. Forum vñst semel in anno
fideles vrget sub lethali culpa reatu. Si tamen
Prorex eā esset raritate contentus, & hoc esset a-
liis notum, graue in eo videtur scandalum, vnde
ratione illius etiam graue culpa & quidem semel
tantum in anno Sacramentis præfatis vñt, iuxta
communem existimationem eorum est, qui fa-
luti animæ curam habent exiguum, & conscientiam
graue oneribus prægrauatam, quod experientia magisterio persuasum. Hoc autem de
Prorete sentiri, quis non videat ad non leue scā-
dalum